UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

18. De sedata tempestate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60561

Visual Library

MEDITATIO XVIII.

Sedata tempeſtas. Marc. 4.

PUNCTUM PRIMUM.

POſt concionem prolixam, *cùm ſerò eſſet factum, aſcendit in naviculam cum Diſcipulis ſuis, & erat ipſe in puppi ſupra cervical dormiens.* 1. Captat ſomnum, quo oſtendit ſe humanis ſubjectum, ſed modicum: & cor ejus vigilabat, videbátque omnia, quæ fiebant. Imitabor, & bonis phantaſmatibus per ſomnum præbebo occaſionem. 2. Dormit, dum *Navicula operitur fluctibus*: ſinit nos tentari, & diſſimulat: non ideò deſerit. 3. ſic proficitur in humilitate, purgantur vitia, fiducia excitatur, & orationi inſiſtitur, occaſione tribulationum.

Marc. 4. 36.

1. Sit ſomnus, ſed modicus.

2. Fingit Chriſtus ſomnum

3.

PUNCTUM II.

D*Iſcipuli ſuſcitaverunt eum dicentes: Domine, ſalva nos perimus*; Et, *Magiſter, non ad te pertinet, quia perimus?* Singulare remedium ad Deum recurrere per orationem, utraque formula & brevis, & efficax, & poſterior cum quadam filiali querimonia, ac ſi dicant: *Tuus ſum ego, ſalvum me fac.* Et, *Exurge, quare obdormis Domine? oblivìſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ?* Corripuit tunc illos Dominus: *Quid timidi eſtis, modicæ fidei?* etſi enim eſt quod timeatis ex vobis, at oportebat in me confidere.

Mat. 8. 25. *Marc.* 4. 38.

Orant Diſcipuli.

Pſ. 118. 94.

Pſ. 43. 23.

PUNCTUM III.

Omnipotentia Chriſti.

IMperavit ventis & mari. Et comminatus eſt vento, & dixit mari, tace, obtumeſce, & ceſſavit ventus, & facta eſt tranquillitas magna. Inſenſibilia agnoſcunt imperium Creatoris, & parent, & ego reſiſto? non ſolùm tacere jubet, quaſi ad tempus, ſed planè ſedari, ſemota cauſa. O ſic animæ meæ tumultus compeſcat! Eſt enim

Iſa. 5. 7. *Quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt, & redundant fluctus ejus. Et mirati homines dixerunt: qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei?*

MEDITATIO XIX.

Chriſtus ambulat ſuper mare.

PUNCTUM PRIMUM.

Mat. 14. 22. *COmpulit diſcipulos aſcendere in naviculam, & dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare.* 1. Nota, quàm ſtudioſus orationis,

1. Orationis ſtudium. captato loco, & tempore apto, & producta uſque ad quartam vigiliam noctis. 2. Quòd ægrè

2. à Chriſto ſejungebantur Apoſtoli, ut oportuerit

Marc. 6. 43. eos cogere, ſicut ait Marcus. Obedierunt tamen. 3. Alias, Chriſto dormiente, nunc eo ab-

Marc. 4. 38. ſente, oritur tempeſtas, ad probationem fidei,

3. ſubtracta ſenſibili gratia.

PUN-